



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio quinta. Vtrum perjurium sit peccatum mortale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. III. Distinctio. XXXIX.

vel tollere obligationem in pacem delinquentis & in fauorem innocentis, seu in fauorem statutus vel contractus: verbi gratia de conditione impossibili vel in honesta que non est contra naturam matrimonii, quia habetur pro non adiecta & stat matrimonii, ut extra de conditionibus apostolis in matrimonio, capitulo vlt. Et similiter in legatis conditio mala habetur pro non adiecta, ut allegatum est in arguento. Sed hic occurrit unum magnū dubium circa matrimonium, quia secundum iura matrimoniorum est nullum ubi deficit cōsentus: si ergo volens cōtrahere matrimonium cum aliqua addit conditione in honestam, nec aliquo modo intendit cōsentire nisi conditione extante, tunc conditione non extante nullus est consensus, & si nullus est consensus, nullum est matrimonium. Qualiter ergo potuit per ius positum determinari quod talis cōditio habetur pro non adiecta, & nihilominus quod stat matrimonium? Item conditio impossibilis adiecta secundum communem modum loquendi confueuit magis exprimere dissensum quam cōsentum, sicut volens negare aliquid quod petit dicit, dabo tibi quod petis, si colligeris, in quo magis innuit suum dissensum ad dādum quam cōsentum: qualiter ergo contrahens cum aliqua conditione impossibilis adiecta consentit, & si non consentit qualiter statib vel valebit contractus matrimonii, ego non video. Et ideo peritoribus solutionem harum dubitationum dimitto. & sic patet primum.

10. Quantum ad secundū notandum est quod in questione proposta nō est opus distinguendi inter votū simplex & votū conditionatū, quia termini questionis hoc excludunt, eō quod q̄estio solū procedit de voto conditionato, nec est opus distinguendi de conditione honesta, & in honesta propter eandē causam, sed de conditione in honesta dissensum est, quia quidā est contra naturam contractus, quædam verò non: sicut contra naturam matrimonii est quidā aliqua sit vxor ad tempus & nō semper, eo q̄ matrimonium est vinculum perpetuum viri & vxoris quādū viuunt, furtum autē vel aliquid huiusmodi non est contra naturam matrimonii, & ideo contrahens cum aliqua sub conditione vel modo quod possit eam dimittere quando voluerit addit conditionem vel modum contra naturam matrimonii: qui autē contrahit cum aliqua sub conditione si futuro eius consentiat, addit conditionem in honestam que tamē non est contra naturam matrimonii. Hoc autem generaliter est verum, quod conditione que est contra naturam contractus tollit contractum & facit ipsum esse nullum, quia includit oppositionem ad contractum. Conditio autem in honesta que est contra naturam contractus promissio vel obligationis potest esse iuhonestā dupliciter: quia quandoq; est in honesta & illicta non solum in se, sed etiam in habitudine ad illud quod promittitur: verbi gratia, si quis dicit sic, promitto Deo quod si possum perpetrare adulterium vel homicidium, ego in gratiarum actionem faciam dici misericordiem. Quandoque verò est in honesta in se, sed non in habitudine ad promissum: vt si quis dicat sic, promitto Deo quod si contingat me peccare ieiunabo vel dimittatur mihi peccatum commissum.

11. His visis dicendum est quantum ad secundum de questione proposta, q̄ si conditio in honesta adiecta votū est contra naturam eius quod per votū promittitur, votū non est obligatorius quia, vt dictum fuit, conditio que est contra naturam promissionis vel cōtractus tollit obligationem propter oppositionem quam habet ad contractum: si autē conditio in honesta nō sit contra naturam contractus, si sit illicta & in honesta nō solum in se, sed in habitudine ad promissum, tunc votū non est obligatorium, si vero sit in honesta & illicta in se & non in habitudine ad promissum, tunc extante conditione votū est obligatorium. Et hæc duo patent duabus rationibus. Prima talis est: votū vel iuramentū nō potest obligare ad aliquid illictum, quia nec votum, nec iuramentū posse sunt esse vinculum inquiratis, nec aliquid potest obligari ad id quod est contra bonos mores, sed ubi est cōditio in honesta & illicta in se & in habitudine ad id quod promittitur, tunc promissum est illictum, quando autē conditio est in honesta in se, nō tamen in habitudine ad illud quod promittitur, tunc promissum non est illictum, ergo

Quæstio IIII.

in primo casu votū non est obligatorium, sed solum in se cundo. Maior de se patet. Probatio minoris, quia actus quamvis de se sit bonus redditur tamen illicitus & vitiosus ex mala circumstantia ipsum informante, si autem sit mala conditio, non tamen informet, propter eam nō redditur actus vitiosus si alia de se sit bonus: verbi gratia dare eleemosynam propter vanam gloriam est actus malus propter malam circumstantiam informantem, scilicet propter malum finem propter quē sit, sed dare eleemosynam supposito quod homo sit in peccato mortali non est malum, quia ita circumstantia esti concomitans, sed non est informans actum, quia ex peccato mortali in quo est non mouetur ad dādum eleemosynam ut amplius peccet, sed ex pietate. Quando autem circumstantia est mala in se & in ordine ad illud quod promittitur, tunc est mala & informat per malam, si autem sit mala in se & ordine eius ad promissum non sit malus, tunc est solum mala in se, sed non informat actum: quia ordo eius ad actum est informatio actus, ergo in primo casu actus est illicitus non autem in secundo, & sic patet minor, sequitur ergo conclusio.

12. Secunda ratio talis est: nulla promissio obligat nisi ille cui sit promissio eam acceptet, quia obligatio cuiuslibet contractus promissori dependet ex mutua voluntate, sicut habetur, scilicet de verbo obliga & in pluribus aliis locis. Vbi autem est cōditio illicitorum & ordo eius ad promissum illicitorum certum est quod nō acceptatur a Deo cui sit votum, Deus enim odit iniquitatem, vt habetur Iudith quinto capitulo, tunc autem votum si sit conditionatum iniquum est, & ideo tale votum Deus nō acceptat, sed postius detestatur, ergo tale votum non est obligatorium: si autem ordo conditionis in honesta ad illud quod promittitur non sit malus non reddit promissum illicitorum, nec inaceptabile à Deo in suo genere, & ideo manet obligatorium.

13. AD rationes in oppositum dicendum est quod votum factum sub conditione in honesta in se & in ordine ad promissum nō potest impleri sine detrimento salutis, quia id quod promissum est reddit illicitorum ex circūstantia informante in vōeō & folvendo: quia si quis soluat ut obligatus ex conditione, & conditio ut informat sit illa licita oportet quod soluat ex motu illico, sicut patet in proposita questione, si quis voleat se peregrinaturum ad sanctū Iacobū hoc motu ut prospereat in furto, adulterio, vel homicidio, & hoc motuum ponit sub conditione qua extante vult obligari & non alia, si faciat quod promist ex vi promissionis oportet quod faciat ex motu illico, & siud est illicitorum & contra salutem, & id non est faciendum.

14. Ad secundum dicendum per interemprionem mēnoris, quia vbi est conditio in honesta in se & in habitudine ad promissum, quamvis promissum sit de se bonum, visitatur tamen per conditionem in honestam informantem modo quo dictum est. Et cum dicitur quod ipsa transire & malitia eius antequam votum impleatur, nō valet: quia dato quod transierit in actu exteriore exercito, remanet tamen in voluntate si ex ea rāngum ex motu fiat actus sequens, sicut necesse est si solum ea extante votum sit obligatorium & ideo causat in actu malitiam mortalem.

15. Quod autem additur tertio loco quod conditio in honesta habetur pro non adiecta in donationibus & in matrimonio, & in legatis, illud est contra opinionem primam qua dicit quod conditione nō extante votū non est obligatorium, nisi ipsi respondant, sicut dictum est in corpore solutionis, scilicet quod ex natura votū vel promissionis nullum votū conditionatum est obligatorium nisi extante conditione, quamvis in contractibus qui sunt inter homines iura sua autoritate possint tollere vel posse obligationem in fauorem ecclesiae matrimonii & status, quamvis de matrimonio supra mota sint aliquae dubitationes, nos autem querimus de obligatione promissionis vel votū que sit Deo quantum ad ea quæ pertinent ad meram naturam promissionis, & ideo nihil ad proprietas de his quæ iura inter homines voluntariè stant.

QVÆSTIO QUINTA.
Vtrum per iurum sit peccatum mortale.

NN 3 Tho.

Magistri Durandi de

Tba. 2. 2. q. 93. art. 2. & c. 3.

Dinde queritur de periurio virum perjurium sit peccatum mortale. Et videtur quod non: quia sicut iurare falsum sine causa prohibetur ita iurare sine causa, hoc enim videtur esse secundum preceptum decalogi, non alius mes nomen. Dei tui in vanum, sed iurare sine causa non semper est peccatum mortale, ergo nec iurare falsum, & tamen istud est perjurium, ergo &c.

2 Item qui consentit peccanti mortaliter peccat mortaliter, sed iudex exigens iuramentum ab eo quem credit falsum iuratur consentit ut periuret, sed nullus dicit quod iudex peccet mortaliter, ergo nec aliis periurans.

3 Item propter perjurium incurrit aliquis infamiam secundum iuram, ut habetur. e. qu. prima, capi. infames, sed propter perjurium assertorium non incurritur in infamia, ergo videtur quod illud non sit peccatum mortale.

4 IN contrarium est, quia illud quod contrariatur diuino precepto est peccatum mortale, perjurium est humiliandi: dicitur enim Leui. 19, non periurabis in nomine meo, & Aug. dicit in quadam sermone quod falsa iuratio perniciose est, sed nihil perniciosum est, nisi peccatum mortale, igitur &c.

5 R E S P O N S I O. Circa questionem istam vide in duas fuit duo. Primum est an omne perjurium sit peccatum mortale. Secundum est de comparatione eius ad quedam alia peccata quo ad grauitatem.

6 Q U A N T U M ad primum dicendum est quod duplex est iuramentum, ut prius dictum fuit, assertorium & promissorium. & secundum hoc duplex est perjurium, unum quo assertur falsum, aliud quo promittit aliquid quod postea non redditur. De primo perjurio dicendum est quod si iurans aduerterit se falsum iurare sive serio, sive ioco peccet, peccat mortaliter. Cuius ratio est: quia omne illud in quo directe Dei contemptus includitur est peccatum mortale, sed perjurium quod scienter falsum iuratur sive serio, sive ioco est directe in contemptum Dei quantum est ex genere dicti, eo quod Deus qui est veritas assumitur in testimonium falsitatis, ergo tale perjurium est peccatum mortale nec excusat confutando quo magis est dicendum illicita corruptela, nec iocus plusquam seruum. Si autem iurans non aduerterit se iurare, sed ex lubrico lingua iurat falsum, potest excusari ut per iurio ut a peccato mortali, quia nihil imputatur homini ad peccatum mortale nisi quod facit scimus & volens, ergo &c. & sic patet primum.

7 Q U A N T U M ad secundum de grauitate perjurii per comparationem ad alia peccata puta ad homicidium, est duplex modus dicendi. Vetus est quod perjurium est grauius ex suo genere quam sit homicidium, quod probatur sic: tandem peccatum est grauius per se & ex suo genere quam cadit super materiam magis indebita, quamvis enim grauitas per accidens attendatur in peccatis ex motu ad pecuniam, grauius enim peccatum in eodem genere peccati peccans ex electione quam peccans ex ignorancia vel infirmitate, tamen grauitas peccatorum per se attenditur ex proportione ad materiam sive ad obiectum, sed actus perjurii magis cadit super materiam indebitam quam actus homicidii, ergo perjurium est maius peccatum quam homicidium, maior iam patet, sed minor probatur: quia cum plus teneamus Deo quam proximo, perjurium quod est contra reuentiam Dei magis cadit super indebitam materiam quam homicidium quod est contra iniuriam proximi.

8 Alius est modus dicendi totaliter hunc contrarius, scilicet quod homicidium est grauius peccatum quam perjurium. Quod probatur sic: illud est grauius peccatum quod opponitur maiori bono, sed homicidium opponitur maiori bono quam perjurium, opponitur enim homicidium dilectioni Dei & proximi, perjurium autem opponitur latrue que est minor charitate, ergo homicidium est grauius quam perjurium.

9 Et respondent isti ad rationem alterius partis dicentes, quod non potest quod sicut se habet obiectum ad obiectum, ita si habeat actus ad actum quando actus sunt diversarum rationum: verbi gratia grauius est iniuriari principi verbo quam cui, sed si quis iniuriaret principi verbo dicendo conuicium, cuius autem facto occidendo eum, grauius est peccatum comitum in ciuem quam in principem: & similiter potest dici quod simili irreuerentia facta con-

Sancto Porciano

tra Deum grauior est quam facta contra proximum, sicut cum dicitur irreuerentia verbū contra vtrumq[ue], sed si verbum irreuerentia dicitur contra Deum sicut sit in perjurio, factum autem extreme iniurię contra proximum ut sit in homicidio, non est inconveniens quod hoc sit maius quam illud, quāvis illi ex alia opinione possent dicere quod hoc esset verum ubi ciuis & princeps, habent aliquam proportionem, sed Deus improportionabiliter exceedit hominem omnem, & ideo omnis iniuria facta contra deum excedit omnem iniuriam factam contra proximum: sed si istud esset verum tunc posset dici quod omnia peccata quæcumque possunt committi contra proximum in homicidio, adulterio, furtis, & rapinis, etiam si possibile esset quod unus homo occideret totum mundum non æquaretur unico periurio, quod est fatus improbabile, propter quod secundus modus videtur rationabilior.

10 AD primum argumentum dicendum quod iurare sine causa non directe prohibetur precepto decalogi, quia vana iniuratio est quae realiter confirmari non potest: quod autem iuratur sine causa potest confirmari vere, sed non quod falsè iuratur.

11 Ad secundum dicendum quod iudex exigens iuramentum ad partis petitionem & secundum quod ordo iuris exigit non consentit peccantem etiam si probabilitate credat ipsum peccatum, quia haec exactione non est iudicis, sed partis, & legis.

12 Ad tertium dicendum quod non propter quodlibet mortale peccatum efficitur quis infamis ipso iure, ut partet de fornicatione & multis aliis peccatis mortalibus: ut de nullum argumentum est quod non omne perjurium sit peccatum mortale, quia ex quolibet periurio non redditur homo infamis: veruntamen causa quare ex perjurio assertio non redditur aliquis infamis ipso iure, sed solum post diffinitorum sententiam lacram contra ipsum in causa assertio (repuratur autem infamis ipso iure qui frangit iuramentum promissorum solenniter factum) est, quia in potestate promittere remanet postquam iuravit ut de suo iuramento veritatem, quod non contingit in iuramento assertorio.

Sententia huius distinctionis. X L.
in generali & speciali.

Extum preceptum est. Prius egit Magister de praeceptis que consistunt in verbo & facto, his agit de duabus que consistunt in animo. Et dividitur in duas, quia primo ponit illorum praceptorum explicacionem. Et secundum determinat questionem incidentem ibi. Si vero queritur, Prima dividitur in quatuor, quia primo explicat sextum preceptum. Secundo septimum ibi, septimum est. Tertio opponit contra distinctionem eost ibi, sed videtur Quartus soluit oppositionem ibi, sed in ipsis duobus preceptis. Secunda pars principalis que incipit ibi. Si vero quartur, dividitur in tres. Quia primo mouet questionem de necessitate legis vet. Secundum assignat differentiam inter legem & euangelium ibi, distat autem. Tertio recapitulat de decem praecceptis & ponit continuationem huius libri ad quartum ibi, audiuntur decem chordas. Haec est divisione in generali.

2 IN speciali sic procedit Magister, & dicit quod sextum preceptum inter praecpta secunda tabula est, non desiderabis vxorem proximi tui. Septimum est non concupiscentia donum proximi tui, non seruum, non ancillā. Tunc opponit contra hoc, quia praecptum de non concupiscentia vxore proximi videtur esse idem cum illo praecpte non mœchaberis, & praecptum de non concupiscentia proximi sui, videtur esse idem cum illo praecpte non furta facies, & sic non videtur distinguere bene ab eis. Et responderet quod in illis duobus praecceptis non mœchaberis, & non furta facies, prohibentur opera exteriora. In aliis autem duobus prohibetur interior concupiscentia, quare lex dicitur comprimere manū & non animam. Et dicit quod illud intelligitur de lege quantū ad cæmeritalia & non quantum ad moralia, vel quia in lege non prohibetur omnis mala concupiscentia sicut in euangeliō: tunc queritur quare Apost. dicit literam esse occidentem, & de qua intelligitur, & respondet quod de litera decalogi, non quia lex mala sit, sed quia prohibendo peccata debet concupiscentiam & non conferrebat gratiam adiutricem. Tunc ponit duplum